



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CCLXXXVIII. Ioannis Papae VIII. Ad Oteramv Viennensem  
Episcopvm. Arguit quod faueat sociis Bosonis: idque a se imperari asserat.  
praecipit vt Romam accedat, vt crimina quae ipsi obiiciuntur ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

## EPISTOLA CCLXXXVIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD OTERAMVM VIENNENSEM EPISCOPVM.

Arguit quod faueat sociis Bosonis : idque a se imperari assert. præcipit ut Romam accedat , ut crimina quæ ipſi obiiciuntur diluat.

*Oteramo Viennensi episcopo.*

INTER eximios nuncisque Christi Dei nostri sacerdotes te habere , tenereque omnino voluimus : sed quia ecclesiasticae paci & utilitati contraria agere audimus , valde miramur , nihilo minus & turbati existimus , eo quod , sicut fidelium relatu comperimus , his , qui cum Bosone præsumptore , & regni perturbatore tyrannidem exercere non cessant , ausu temerario fauere , eorumque malis operibus communicare præsumas , & in superbiam eorum sequax existens , falsa opinione sanctam nostram Romanam ecclesiam infamare non dubitas , quod ad talia peragendum ipsius auctoritatem habere te certifaces ; quod quam evidenter ostendere non poteris\* , pro qua scilicet Romana ecclesia te murum opponere omnibus iniqua agentibus debueras . Pro quibus nimirum tot malis , tantisque præsumptionibus tibi ex auctoritate Dei , & sanctorum apostolorum ac nostra præcipimus , vt de præsenti Romam ad limina sanctorum apostolorum , nostramque præsentiam venire procures , vt de talibus te criminibus secundum auctoritatem sanctorum patrum coram nobis & sede apostolica satisfaciendo purgare valeas : quatenus te inter fratres & confaderes retinere valeamus . Nam , quod non credimus , si aliter feceris , & venire distuleris , donec hanc nostram iussionem impleueris , scias te omni episcopali officio esse priuandum .